

1181, octubre, 8

*Pere de Bellsolà i la seva esposa Maria donen al seu fillol Guillem Guandalgod una vessana de terra que afronta amb el riu Gàrrep.*

ASD núm. 39, còpia de 1233, closa per Bernat de Vic, notari públic de Girona, 98 x 176 mm.

Hoc est translatum fideliter factum. Sit notum cunctis quoniam ego Petrus de Pulcrosolani et uxor mea Maria damus tibi filiolo nostra Guilielmo Guandalgod unam peciolam terre quam habemus ad ipsam Crosam de illa terra quam ibi habemus, scilicet uersanam unam, sicut affrontat a parte orientis in terra patris tui Petri Guanalgod, a meridiei similiter, ab circii in terra nostra, ab accidente in riuo de Garreb. Sicut ab hiis .IIII.or affrontacionibus predicta terra includitur, sic tibi eam ac par<en>tibus tuis damus ut faciatis inde et ibi quidquid uolueritis omni tempore, saluo iure senioris.

Actum est hoc .VIII. idus octobris anno .r. Philippo reni (*sic*) filius Ludouico rege.

Sig+num Petri de Pulcrosolani, sig+num Marie uxoris eius, qui hanc donationem fecimus, firmauimus firmarique rogauimus. Sig+num Raimundi de Pulcroloco. Sig+num Petri Fabri. Sig+num Raimundi de Garrab.

(*s. man.*) Arnallus leuita, qui hoc scripsi die annoque prefixo. (*s. man.*) Ego Paschalis, qui hoc anno Domini .MCCXXX. tercio, .III. nonas madii fideliter translataui. Ego Bernardus de Uico, publicus Gerunde notarius, qui hoc translatum fideliter fieri iussi, subscribo.

Extret de: Marquès, Josep M., ed. Col·lecció diplomàtica de Sant Daniel de Girona (924-1300). Barcelona: Fundació Noguera, 1997. 131